

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1254 - 1255

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

quod nobilis vir B.^a pater tuus in multa fidelitatis constantia circa promotionem
negocii generalis ecclesie se obsequiosum ac gratum exhibens pro redemptione C[onradi]
nati ejus et quorundam aliorum suorum militum, qui ab ecclesie persecutoribus in
bello capti et per biennium et amplius extiterant carcerali custodie mancipati,
5 coactus fuit solvere non modicam pecunie quantitatem, quodque idem nobilis
G[unterum] militem tunc clericum natum ejus, nepotem venerabilis fratris nostri . .
Argentinensis episcopi, transferre ad secularis militie cingulum proponebat, ac te
germanum ipsius G[unteri] sibi in beneficiis ecclesiasticis, que oblinebat tunc tem-
poris, subrogari, eidem episcopo nostris dedimus litteris in mandatis, ut omnia
10 beneficia dicti G[unteri], etiamsi eorum aliqua curam haberent animarum annexam,
necnon canonicatus et jura, que habebat in gratiarum prosecutionibus ei a nobis
vel legatis sedis apostolice concessarum, libera eorum ab ipso G[untero] resignatione
recepta, tibi auctoritate nostra conferret, inducens te in corporalem vel quasi pos-
sessionem eorum et defendens inductum. qui hec postmodum mandati nostri executor
15 diligens adimplevit. ut igitur hujusmodi gratia plenius tibi fructuosa reddatur, nos
tuis ejusdem episcopi precibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut
beneficia, etiam curam animarum habentia, canonicatus et jura necnon omnia, que
sive per instrumenta sive per litteras dicto G[untero], dum erat clericus, compete-
bant, petere atque recipere ac etiam retinere, dictisque instrumentis et litteris circa
20 premissa libere uti possis. nulli etc. nostre concessionis etc. datum Anagnie
10 kalendas septembris anno duodecimo.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 168^o. Hinzugefügt ist folgender Vermerk: . . prepositus
ecclesie de Ytenwilre Argentinensis diocesis datus est super hoc conservator, non
obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari suspendi
25 vel interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam
ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. datum ut supra.

199. H[einricus] de Ochsenstein archidiaconus Argentinensis, judex capituli
Honougensis ab episcopo Argentinensi deputatus, inter Conradum canonicum procura-
torem dicte ecclesie et Nibelungum et Rulinum fratres milites de Brunat super du-
30 abus amis nobilis vini, quas iidem fratres de possessionibus in banno Dalheim sitis
ante cellarium Honaugense annuatim presentare debent, lite orta, per diffinitivam
sententiam pronunciat, predicto capitulo possessiones antedictas in censu nobilis
vini teneri et id presentari ante ejusdem capituli cellarium debere, condemnans etiam
fratres prenominatos eidem capitulo in expensis legitimis. «cum coram nobis.»
35 actum et datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, sabbato
ante festum Andree apostoli. 1255 November 27.

P aus Straßb. Bibl. d. Priester-Seminars Copialbuch von Alt-St. Peter fol. 679 in der
Schrift des 18ten Jahrb.

a) Wohl verschrieben für G.